



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De jactantia, & de consilio, paragr. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

de ipsis rebus, seu objectis re-
praesentatis per locutionem, sine
desiderio tamen, ut dictum est?
Respondeo esse item probabile
non necessario explicanda ipsa
objecta: an scilicet fuerint adul-
teria, supra, sacrilegia, &c. nisi
fortè delecteris de his, ut tales
sunt. Ratio est eruenda ex di-
ctis §. praecedente, est enim ferè
eadem.

Quatenus locutio est scanda-
lum sociis colloquentibus, di-
cam infra §. 4. n. 25.

§. III.

De Jactantia, & Consilio.

Hic de his differendum
putavimus, quia fre-
quentissima sunt ejusmodi pecca-
cata in materia sexti praeccepti
sunt nihilominus ad alias mate-
rias extendenda. Quærimus er-
go primò, an qui se jactat, seu
K laudat

laudat mortaliter de peccato:
 (nam si se jactet, gloriatur de
 dexteritate, fortitudine, vel si-
 mili, quæ fuit in actione pecca-
 minosa sine periculo peccaminosa
 sæ complacentiæ, vel scandalis-
 non est mortale: 8) qui inquam
 se de peccato v. g. contra Casti-
 tatem jactat: debetne in medium
 Confessionis, afferre speciem
 peccati luxuriæ; adulterium vi-
 delicet, stuprum, sacrilegium
 quo se jactavit? ita etiam, si
 jactavit de homicidio, furto,
 blasphemia, obligaturne, an ho-
 micidium fuerit Sacerdotis, an
 furtum fuerit rei sacræ, &c. de-
 clarare?

a *Sanc. l. 1*
in dec. c. 3.
§. 12.

9 Suppono autem semper so-
 lum adesse peccatum jactantia
 non vero intermisceri deside-
 rium, vel gaudium, vel delecta-
 tionem si enim hæc accedant
 servanda erit doctrina allata
 præ §. 1.

10 Dico non solum prædicto

Spec

Species non necessariò esse de-
clarandas, sed probabile *b* esse, *b* *Castrop.*
sufficere, si dicas, Toties jacta- *to. 1. 21. 2.*
vi me de peccato mortali, seu de *d. 2. p. 11.*
objecto mortaliter peccamino- *n. 6.*
so. Ratio est, quia tota malitia,
quanta est, jactantiæ consistit
in eo, quod offensa Dei eligatur
ut medium ad captandam glo-
riam apud homines, quæ magna
est Dei irreverentia, id quod æ-
què in omnibus mortalibus in-
venitur, vel si quid aggravat pec-
catum, non videtur ejusmodi
malitiam in aliam speciem
transferre.

ii Adverte hic tria. Primò si
te iactes coram multis, tuum
Patrem v. g. à te fuisse verbera-
tum, vel te copulam habuisse
cum fœmina bonæ famæ, quod
Patri eidem tuo, & illi fœminæ
estet notabile dedecus: debes id
explicare, non ratione meræ ia-
ctantiæ, sed quia in tali iactan-
tia intermiscetur tui Patris, vel
K 2 illius

illius foeminae infamatio. Ad eundem modum in similibus.

12. Secundò sive peccata de quibus perperam gloriaris, commiseris, sive non commiseris, non est explicandum: & quia & què assumis utrobique offensam Dei pro medio gloriae.

*c. Sanc. 11.
in Dec. c. 3
n. 5.*

13. Terriò quid dicendum, si non te ipsum, sed alium de peccato laudes? Respondeo si id fiat in ejus absentia, nec est intermixtum aliquod peccatum, ut modo num. 11. dixi, nec adest complacentia, nec adstantium scandalum, qui fortè illa laude ad peccandum excitentur, &c. probabile est non esse novam speciem peccatorum in Confessione declarandam; idque propter paritatem rationis dictæ numero 10. At si id in præsentia ejus, qui peccavit, eveniat, declarari in Confessione oportet speciem peccati, de quo laus præcessit; Ratio est, quia tunc

illum

Ad illum excitas ad complacendum, & gaudendum de patrato facinore, immo etiam fortasse ad iterum ejusmodi peccatum committendum.

14 Sed jam quærimus de Consilio. Dico, idem de ipso sentiendum esse; si enim alicui consilium des de aliquo peccato; debes explicare ejusdem speciem. Ratio est, quia tunc non solum peccas contra Caritatem proximi, cui consilium de ruina spiritali præbes: sed etiam contra virtutem, cui tale peccatum opponitur: singulæ enim virtutes nos obligant, tum ne contra illas agamus, tum ne directè procuremus quòd alii illas violent, ut diximus cap. 1. §. 17. de scandalo. Nam propterea si Petro consilium dedisti de furto. Petro non restituente; tu restituere teneris. *d*

d Idem Sanchez

K 3

§. 4. De *ib. n. 9.*